

nè altramente ha risposto a la predetta peticion *ut supra*.

El signor duca de Milano altramente non ha risposto al comandamento mandatogli per il signor Marchese, che 'l dovesse renderli il castello sotto pena de rebellatione, dicendo che non essendo nominato in esso se non per Francesco Maria Sforzia, che non è esso, et che non gli pare rispondergli altramente.

Prefato signor Marchese si è molto allegrato de li presenti soi particolari avisi; non di meno sta molto male, tanto che poco peggio sarà spento il lume.

259 *Di Spagna, di sier Andrea Navaier orator, date a Toledo, a dì 24 Octubrio*

261¹⁾ *MEDIOLANENSES.*

Beatissime pater. Recurrit ad pedes Vestrae Beatitudinis supremi iudicis omnium christianorum et supra reges et principes longe eminentis devotus illius orator Franciscus Sforzia dux Mediolanensium, septimo iam mense et ultra ab amicis obsessus et a quibus opem speraverat desperare compulsus, ac nisi Benignitatis tuae praesidio sublevetur, prope fame necltus, et spiritum vix egrum ducens. Nam cum hispani arte, ut dicitur, pelasga, prius Neapolitaneum regnum quod directi domini Vestrae Beatitudinis est, ita occupassent, ut qui eos iure cognationis et foederis auxiliosos atque opitulatores bello expectarent, subito conversis armis et cum hoste coniunctis, adversarios atque eversores experti sint, pari dolo, aequatis insidiis ad Ducatum Mediolanensem aspirarunt, et totius Italiae domini idest monarchiae orbis sine impendio fierent, fingentes si quidem oratorem velle in statu constituere, et domum Sfortiam avito imperio reddere. quod istud Ausoniae toti placere sensissent, occasione arrepta, ut est genus hominum fortuna in primis utens, potentatus eius quoslibet et Angliae regem pecunia interverterunt et bello adversus gallos aggressores suscepto, aliena stipe, alienis armis adiuti, quod expetierunt facile sunt consecuti, ut fuso ac dissipato ipsorum exercitu, caesis ducibus et capto per eximiam fortunam rege soli in armis restarent, soli Italiae formidolosi et

terribiles fierent, ita ut nemo audaciae eorum subinde resisteret. Sic forte abusi prospera et patientia hominum detectam fraudem facile aperuerunt, Ducis nomine, quasi proxoneta ad illudendum usi. Et quod ei magno animo quaerere crediti erant, palam ac plane impudenter sibi vindicantes, haec nostra sunt migrate coloni veteres dictitantes. Quamobrem a capite exorsi quod intendebant quas lupum fraudes agno cimentum memorant, in oratoris necem sunt machinati. Ille fuga in arcem arrepta vitam redemit ingressum vallo et fossa circumsepserunt et fame expugnare tutissimum sunt opinati. Interea ducatum totum iugo presserunt, et quas direptionum Deus bone, quas expilationum, quas flagitionum et scelerum omnium formas praetermiserunt per totam Insubriam, Liguriam, Allobrogas, et quicquid citra Alpes est saeve debacati, ut misera facies esset omnium provinciarum nihil eorum rapinis, nihil libidini, nihil contumeliae omnino intactum restaret, plurimus ubique luctus, ubique pavor et captae urbis imago sese exhiberet. Nam, ut ommittatur quot opulentas civitates, quot oppida, quot vicos depopulati sunt, in populos tamquam Christi hostes iure belli captivos deservierunt, aliis itaque filios, filiasque ante ora constuprarunt, alios tetro carcere et inedia macerarunt, alios virilibus constrictis intolerabili dolore mactarunt, alios altis ratibus impositos, manibus 261^{*} pedibusque colligatis, excitato fumo inferius praefocarunt, multos vario tormentorum genere equileis, boiis fediculis lancinatos maxima membrorum parte debiles reddiderunt. Nonnullos parvulos ac vagientes natos feructis alieni fluctibus immerserunt, multi formisque alia sevitiae ac barbaricae impietatis imagines ediderunt, ut subditos infelices eorumque finitimos quos beneficiis alliei in novo dominatu convenerat, sese ac suos redimere pecunia cogerent quam plurimi, nec haberent quidem quem solverent nec mutuam sub hypotheca aut pignore reperirent. Non dicetur quot furta, quot latrocinia, quot clandestinas passim dirreptiones commiserint: in quot se formas Prothei commutaverint, quot per vias vicosque crassati palam spoliaverint, quibus annulos gemmasque nobiles de manu extorserint, quot confictis syngraphis pecunia interverterint, quibus machinis dolisque, quae stratagemata ipsi nuncupant. Multis illuserint, quae superbia, avaritia, perfidia versati sint, ita ut nulla iam sit reliqua facies provinciarum, nulla reipublicae forma, nulla civitatis imago, cuncta tumulta, omnia moerore, universa foedissimo luctu referta sint, at saltem rapinis et spoliis iam facti essent. Nunc initium est, nunc fames ca-

(1) Le carte 259^{*} 260, 260^{*} sono bianche.